Año 45 Miércoles 2 de Noviembre de 1898 Núm. 21

# BOLETÍN ECLESIÁSTICO
DEL
# OBISPADO DE SALAMANCA

**SUMARIO**

I. Resoluciones de la Santa Rom. Univ. Inquisición: *a*) Que puede obtenerse para *sacerdotes idóneos* delegación, á fin de dispensar de los impedimentos dirimentes del matrimonio, *in articulo mortis*. *b*) Cuatro resoluciones de la misma Congregación, referentes al Orden Sacerdotal.—II. Circular de la Secretaría de Cámara para que los Párrocos conserven en los archivos parroquiales el Concilio provincial, el Sínodo diocesano y el *Libro de Régimen*. —III. *Collatio moralis et de re liturgica pro mense Novembris.*—IV. Crónica diocesana.—V. Aviso.—VI. Bibliografía.

## E S. R. UNIV. INQUISITIONE

I

**Obtineri potest etiam pro sacerdotibus idoneis delegatio ad dispensandum ab impedimentis matrimonialibus dirimentibus «in articulo mortis».**

*Feria IV, die 25 Maii 1898*

In Relatione Status Ecclesiae Colocen. et Bacsien., ex-

Universidad Pontificia de Salamanca

hibita S. Congregationi Concilii die 26 Maii 1897, sequens reperitur *Postulatum:*

«Cum saepe saepius, ob parochiarum multitudinem magnumque parochianorum numerum, infirmorum provisio per parochorum adjutores fieri soleat, petitur ut facultas dispensandi juxta litteras S. R. et U. Inquisitionis die 25 Feb. 1888 locorum Ordinariis concessa, non solis parochis sed etiam eorum adjutoribus et universim confessariis approbatis modo generali subdelegari possit».

Cum hoc Postulatum transmissum fuerit ad hanc Supremam S. R. et U. Inquisitionem, in Congregatione Generali habita ab EEmis. et RRmis. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. ac RRmi DD. rescribi mandarunt:

*In terminis in una Wratislaviensis fer. IV die 17 Februarii 1892, idest: Supplicandum SSmo. pro gratia arbitrio Episcopi pro sacerdotibus idoneis in locis Dioecesis remotioribus, dummodo tempus desit recurrendi ad Ordinarium vel Parochum et periculum sit in mora, ad quinquennium.*

Feria vero VI die 27 ejusdem mensis SSmus. per facultates Emo. Cardinali S. R. et U. Inquisitionis Secretario concessas, benigne annuit pro gratia.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquisit. Not.*

Universidad Pontificia de Salamanca

II

**Episcopus ordinans, dubitat an in tertia impositione manus caput ordinandi physice tetigerit; «acquiescat».**

*Beatissime Pater:*

Episcopus N. N., ad S. V. pedes humiliter provolutus, exponit quod in ordinatione cujusdam presbyteri ad formam *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remisseris peccata etc.*, orator ob scabiem, qua ordinandi caput infectum erat, involuntario quodam motu manus amovit, ita ut nullus daretur physicus contactus. Videtur oratori se caput ordinandi revera tetigisse, initio prolationis formae, licet de hoc non omnino certus sit. Igitur quaeritur.

I. Potest orator quiescere?

II. Et quatenus negative, quid faciendum?

*Feria IV, die 8 Junii 1898.*

In Congregatione Gen. S. R. et U. Inquisitionis habita ab Eminentissimis et RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

*Orator acquiescat.*

Feria vero VI, die 10 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his

Universidad Pontificia de Salamanca

omnibus SSmo. D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus. resolutionem EEmorum. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

---

## III

**Iteretur ordinatio presb. in qua Epus in secunda manuum impositione manus ad pectus junctas tenuit, postea vero ante pectus disiunctas.**

*Eminentissime Domine*:

Episcopus N. N., accepta denuntiatione, seu potius consultatione super validitate ordinationis quorumdam Pres byterorum; ut in re tanti momenti securius procedat, rem integram isti Sacrae Congregationi remittendam censuit, ab eaque dubii solutionem expectare.

Casus igitur est ut sequitur:

Pluribus abhinc annis, antequam Episcopus Orator hujus Dioecesis regimen et administrationem nactus esset, contigit ut statuto tempore generales ordines celebrarentur; cumque, ceteris ordinibus collatis, perventum fuisset ad ordinationem Presbyterorum loco extensionis dexterae manus super capita ordinandorum cum oratione *Oremus fratres charissimi* etc., quae in Pontificali habentur, Pontifex involuntarie distractus, eamdem orationem recitabat manibus ante pectus junctis; quod advertens unus ex adstantibus clericis, timens ne hoc officeret validitati ordinationis, cito accurrens reverenter disiunxit manus Pontifi

Universidad Pontificia de Salamanca

cis, qui, manibus sic disjunctis ante pectus, praefatam orationem usque ad finem prosequutus est.

Hoc supposito, dubitatur, et consequenter ab Episcopo oratore ex Sacra ista Congregatione humiliter quaeritur:

I. Utrum per extensionem manuum Episcopi ante pectus suppleri potuerit in casu extensio dexterae manus super capita ordinandorum, ac consequenter pro valida habenda sit ordinatio illorum candidatorum.

Et quatenus negative ad utrumque;

II. Utrum et quomodo procedendum sit ut defectus ille subsanetur, dato quod sic ordinati, qui fuerunt duo, adhuc superstites sunt.

*Fer. IV, die 6 Julii 1898.*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EE. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, propositis praefatis dubiis ac diligenter expensis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. et RRmi. Patres rescribendum mandarunt:

*Attentis expositis, Sacerdotes, de quibus agitur, iterum ordinentur ex integro sub conditione et secreto, quocumque die, facto verbo cum SSmo. ut suppleat etiam de Thesauro Ecclesiae pro missis a sacerdotibus celebratis.*

Subsequenti vero Fer. VI. die 8 ejusdem mensis Julii 1898, in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, facta de his omnibus SSmo. Dno. Nro. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione SSmus. resolutionem EEmorum Patrum adprobavit et gratiam concessit.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

---

Universidad Pontificia de Salamanca

## IV

**Valida fuit ordinatio presb. in qua Epus ad secundam impositionem non habuit manus extensas super ordinandos, sed illas secreto solus extensas habuit postquam stolam ante pectus ordinandorum aptavit.**

*Beatissime Pater*:

Episcopus N. N. in ordinatione Presbyterorum utramque manum super caput cujuslibet ordinandi posuit, quod et Presbyteri assistentes fecerunt. Dum autem legeret orationem seu exhortationem *Oremus fratres charissimi* etc. ex inadvertentia neque ipse neque presbyteri assistentes manus extensas super omnes ordinandos habuerunt. Sacram functionem postea prosecutus est usque ad illa verba *Accipe jugum Domini* etc. aptando stolam ante pectus in modum crucis. Quibus dictis, quum praeteritam omissionem impositionis manuum advertisset, submissa voce (quin a circumstantibus audiretur) repetiit exhortationem *Oremus fratres charissimi* etc. cum oratione sequenti, et ipse solus manus extensas habuit super ordinandos. Postea functionem reassumpsit ab illis verbis: *Accipe vestem Sacerdotalem* etc.

Igitur Episcopus orator, ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit utrum valida fuerit haec ordinatio.

*Fer. IV, die 6 Julii 1898.*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis

Universidad Pontificia de Salamanca

habita ab EEmis. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito ac diligenter expenso suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

*Ordinationem in casu validam fuisse.*

Subsequenti vero Feria VI, die 8 ejusdem Mensis Julii 1898, in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, facta de his omnibus SSmo. Dno. Nro. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus. resolutionem EEmorum. PP. adprobavit.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

---

V

**Iteretur ordinatio sacerdotis qui hostiam e patena evolatam non tetigit dum instrumenta porrigebantur et dicebatur formula.**

*Beatissime Pater*:

Parochus N. N. ad pedes S. V. provolutus humiliter petit ut pro quiete suae conscientiae, authentice solvatur dubium a quo jam a multo tempore vexatur relate ad validitatem suae Ordinationis sacerdotalis. Dum Episcopus ordinans ipsi traderet calicem et patenam cum hostia, haec in terram evolavit, priusquam ab ordinando tangeretur et pronunciaretur formula *Accipe potestatem* etc. Sacerdos ordinandus vidit hostiam delapsam, quae non amplius erat supra patenam antequam pronunciaretur formula, et monuit de hoc Magistrum Caeremoniarum, qui

Universidad Pontificia de Salamanca

sive ne Episcopum turbaret, sive quia aliter sentiret, res in suo statu reliquit.

*Fer. IV, die 6 Julii 1898*

In Congregatione Generali habita coram EEmis. et RRmis. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito praefato dubio, ac praehabito RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

*Attenta asserta evolatione hostiae in terram in porrectione instrumentorum ante tactum instrumentorum eorumdem, ordinationem esse iterandam ex integro sub conditione et secreto, quocumque die, facto verbo cum* SS*mo. ut suppleat de Thesauro Ecclesiae, quatenus opus sit, pro Missis a sacerdote oratore celebratis.*

Subsequenti vero Feria VI, die 8 ejusdem mensis Julii 1898, in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita facta de his omnibus SSmo. Dno. Ntro. Leoni Div. prov. Pp. XIII relatione, SSmus. resolutionem EEmorum PP. adprobavit ac gratiam concessit.

I. Can. Mancini, S. *R. et U. Inquisit. Not.*

# SECRETARÍA DE CÁMARA

## Circular

Con ocasión de la Visita Pastoral, se ha advertido que en algunas parroquias faltan de su archivo el Concilio provincial y aun el Sínodo diocesano.

Universidad Pontificia de Salamanca

Tal desaparición puede obedecer á que los Sres. Sacerdotes, al ser trasladados á regir otras parroquias se hayan llevado dichos libros, no entendiendo que son de la propiedad de las fábricas parroquiales.

Por eso conviene que los Párrocos ó Ecónomos estampen en aquéllos, como está ya mandado, el sello parroquial, para no dar lugar á dudas, y que los que carezcan de los libros mencionados, procuren proporcionárselos, conservándolos en el archivo parroquial en la forma indicada.

También encarga el Rmo. Prelado, que los Párrocos y encargados de parroquias que no tengan el *Libro de Régimen*, lo adquieran á la mayor brevedad, reputándose como negligencia culpable, al practicarse la Santa Visita, el incumplimiento de esta disposición.

Salamanca 2 de Noviembre de 1898.

**DR. PEDRO GARCÍA REPILA.**

*Secretario.*

# COLLATIO MORALIS PRO MENSE NOVEMBRIS

## QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum restitutio sit actus justitiae commutativae?— 2·2.ae, q. LXII, a. 1.

## CASUS CONSCIENTIÆ

Gabinus bona immobilia in publica sub hasta emit,

Universidad Pontificia de Salamanca

sciens esse eorum quae ad clerum regularem et saecularem pertinebant, et Gubernium Hispaniae Statui adscripserat. Nihil de hujusmodi adquisitione bonorum in confessionibus peractis declaraverat, eam legitimam judicando, quin factam cum paecunia propria et justa praescriptiones legis civilis. Sed conversando cum quodam Sacerdote, ab eo audivit bonorum ecclesiasticorum emptores incursos esse in excomunicationem R. Pontifici reservatam, et teneri ad restitutionem; quare rem pertractare decernit cum proprio parocho, cui confessus fuit, et a quo absque absolutione dimissus usque dum restitueret.

Quaeritur 1.um Quid de direptione bonorum Ecclesiae penes nos?

2.um Quid de casu?

### DE RE LITURGICA

In quibus diebus permittuntur Missae cantatae defunctorum fundatae, sed non ut in die obitus celebrentur?—Utrum in diebus 3.°, 7.° et 30 possit Missa de Requiem pro defuncto?—Praedicti dies numerandi sunt a die obitus vel a die sepulturae?—Quae Missa dicenda est?—Sufficit ut legatur vel requiritur cantata ut gaudeat privilegiis?

# CRÓNICA DIOCESANA

## I

**El mes del Rosario.—En San Esteban.—La comunión.—La fiesta religiosa.—La procesión.**

Una de las devociones más populares y castizas del pueblo cristiano, el fecundo desarrollo de la cual se ve

Universidad Pontificia de Salamanca

aumentar de año en año, merced al singular cariño con que, sin interrupción, la viene inculcando nuestro amantísimo Padre, el Papa, es sin duda la devoción del Santo Rosario.

Salamanca, de un modo especial, por la circunstancia de honrarse con una fervorosa Comunidad de hijos del gran Domingo de Guzmán, ha celebrado el mes del Rosario Mariano con cultos espléndidos en el suntuoso templo de San Esteban, además de los particulares, que según disposición obligatoria, han tenido lugar en las respectivas parroquias, sin dejar de hacer mención de los que los PP. Carmelitas han tributado también á María Santísima en la iglesia conventual de la Magdalena.

*
* *

Precedido de devoto y concurrido novenario, celebró el domingo, 2 de Octubre, la Comunidad de Padres dominicos la fiesta del Rosario en el mencionado templo de San Esteban, al que acudió nuestro Rmo. Sr. Obispo, para tener el consuelo de distribuir la Sagrada Comunión á los religiosos novicios, á los terciarios de la orden, á multitud de personas que figuran en la *Guardia de honor* del Santo Rosario y cuantos fieles quisieron demostrar su amor á la Virgen Santísima, recibiendo en sus almas el Pan de los ángeles.

En la misa solemne, celebrada á las diez de la mañana, predicó un bien meditado sermón el Dr. D. Pedro Ruiz Sanz, Profesor del Seminario de Palencia. Las palabras del Deuteronomio (cap. XXX, 19): «Llamo hoy por testigos al cielo y la tierra, que os he propuesto la vida y la muerte, la bendición y la maldición. Escoge, pues, la vida, á fin de que tú vivas y tu posteridad.....» sirvieron de base

Universidad Pontificia de Salamanca

al orador para presentar, de una parte, todas las desdichas presentes de los pueblos, que han vuelto la espalda á las santas creencias, y de otra, la devoción salvadora del Rosario de María Santísima.

La Capilla de música de la Catedral, con la cooperación de Religiosos dominicos, cantó la misa con la delicada maestría que le es peculiar.

Hecha en la tarde la reserva del Santísimo por el Padre Prior de los Carmelitas de Salamanca, se organizó magnífica procesión por las calles más céntricas de la ciudad.

Presidía esta manifestación elocuente de la fe y la religiosidad de los salmantinos nuestro Excmo. Prelado, asistiendo también el Ilmo. Cabildo Catedral, el Clero parroquial y secular, la Comunidad de PP. Dominicos, alumnos del Colegio de Calatrava y Seminario Pontificio, y, en interminable fila, el pueblo devoto y admirador de la Virgen soberana y su bendito Rosario.

¡Así saben cumplir con entusiasmo los buenos cristianos los ardientes deseos del Vicario de Jesucristo y los de su amado Pastor diocesano.

## II

### La festividad de Santa Teresa de Jesús: En Salamanca. En Alba de Tormes.

Las Hijas de Teresa de Jesús en Salamanca, donde la gran Reformadora llevó á cabo la séptima fundación de sus conventos, ha tributado á su bendita Madre homenajes de santo cariño en el día que la Iglesia consagra á honrar la memoria de la incomparable Virgen Castellana.

Universidad Pontificia de Salamanca

A estos delicados homenajes, han unido los suyos, como era natural, los Hijos del Carmelo, quienes, durante el novenario (que comenzó el día 6) y en el día de la fiesta principal del 15 de Octubre, acudieron al templo de sus hermanas, las Religiosas Carmelitas, para dar mayor realce y brillo á los cultos consagrados á la Santa Madre, á los cuales se asociaron también las Jóvenes Teresianas, comulgando en la misa que dijo el M. I. Sr. D. Juan Manuel Bellido, Canónigo de esta Santa Iglesia Catedral, y asistiendo después, en corporación, tanto á la fiesta religiosa de la mañana, en la que predicó el M. R. P. Sebastián de Jesús, María y José, Prior de la casa conventual de los Carmelitas en Salamanca, como á los cultos solemnísimos de la tarde. Por la copiosa lluvia no pudo salir la procesión que se tenía organizada como en años anteriores.

*
* *

En la dichosa villa, en que tuvo lugar el tránsito á la verdadera vida, de la endiosada Teresa de Jesús, no hay por qué decir que se ha desplegado la mayor pompa durante el octavario de su festividad.

De hacerla más atrayente se encargó la Hermandad teresiana allí establecida, invitando á que durante los solemnes cultos del octavario, y bajo las bóvedas que cobijan las venerandas reliquias de Teresa de Jesús, dejara escuchar su palabra arrebatadora, vibrante y apasionada uno de los hijos más preclaros de la descalcez carmelitana: el R. P. Salvador, Prior del convento de Tarragona. En la serie de sermones consideró el fervoroso Carmelita á su Santa Madre en relación con las distintas gerarquías angélicas.

Universidad Pontificia de Salamanca

Nuestro Rmo. Prelado interrumpió la Santa Pastoral Visita para llegarse á Alba el día 15 de Octubre y celebrar de Pontifical en la solemne misa de la fiesta, pagando de este modo el anual tributo de veneración á la Santa de sus amores.

El domingo, 16 de Octubre, celebró la misa el Obispo electo de Barbastro, D. Juan Antonio Ruano, hoy celosísimo Arcipreste de la villa ducal.

En este día, y por Indulto Apostólico, tuvo la dicha de recibir el Orden del Presbiterado de manos del Obispo salmantino, y junto al sepulcro de Santa Teresa, el joven alumno del Colegio de Calatrava D. Manuel Arnés Encinas.

Sinceros plácemes hemos de tributar á los Sres. Arciprestes de Ledesma y Tavera, que secundados por los celosos párrocos de sus distritos, organizaron y vieron felizmente realizada la peregrinación de sus Arciprestazgos al sepulcro de la mística Doctora. Pasaron de 500 los peregrinos que, llenos de regocijo, á pesar de las molestias del camino y de un temporal ingrato, entraron en la Basílica de la Santa en la tarde del día 17.

Ejemplo edificante ofrecieron en la mañana del 18 al acercarse, recogidos y fervorosos, á recibir de manos de su Prelado la santa comunión.

Y después de asistir á la fiesta especial que ellos dedicaban á la Santa bendecida, y en la cual fiesta predicó el panegírico D. Miguel García Vicente, Párroco de Matilla, y de escuchar por la tarde frases alentadoras de su Obispo y recibir su bendición cariñosa, tornaron á sus hogares, llevando el alma llena de consuelo, de embriagadoras alegrías y gratísimos perdurables recuerdos.

Volvió de nuevo el Sr. Obispo á Alba el día 21 (había regresado á Salamanca para despachar algunos asuntos

Universidad Pontificia de Salamanca

de mayor urgencia) con el fin de cerrar brillantemente las fiestas, celebrando, en el día de la Octava, de medio Pontifical, presidiendo la procesión que tuvo lugar por la tarde, y dirigiendo, finalmente, su palabra apostólica á los fieles que llenaban el templo teresiano, excitándoles á la devoción más y más fervorosa y al cariño de la Santa, que roba las simpatías de todas las almas, que saben sentir á impulsos del amor de Jesucristo.

# AVISO

Escuchando la voz de la caridad, no dudamos en hacer un ruego á los Sres. Párrocos y en especial á los de los pueblos inmediatos al de Mancera, que aun siendo de la diócesis de Ávila, pertenece á nuestra provincia de Salamanca, y su partido de Peñaranda.

Dicho pueblo de Mancera, por efecto de una tormenta asoladora, acaba de sufrir grandes pérdidas materiales. La Diputación provincial piensa en aliviar la aflictiva situación de los infelices damnificados, en su mayoría honrados labradores.

Por lo cual, si los Sres. Párrocos á quienes antes aludimos recibieran alguna invitación de los Alcaldes respectivos pidiéndoles su concurso para secundar los benéficos deseos de la Diputación, vean de prestárselo con la generosidad característica de nuestro venerable clero.

Universidad Pontificia de Salamanca

# BIBLIOGRAFÍA

Sumario de las materias que contiene el último número de *La Basílica Teresiana*, correspondiente al 15 de Octubre de 1898:

I. *Felipe II y Santa Teresa de Jesús*, El Obispo de Salamanca.—II. *Convento de la Encarnación de Avila (Recuerdos que se conservan en el mismo)*, Francisco Jarrín.—III. *Las obras de la Basílica*, E. M. Repullés y Vargas.—IV. *Fruta del tiempo*, Mariano Domínguez Berrueta.—V. *La Madre Teresa en el palacio de Monterrey*, Tomás Redondo.—VI. *Conmemoración de los últimos días de Santa Teresa.*—VII. *Crónica:* a) *Movimiento teresiano*. b) *Noticias varias.*—VIII. *Donativos para las obras de la Basílica de Santa Teresa.*

Grabados.—Ávila: Imagen de Santa Teresa que se venera en San José.—Alba de Tormes: Planta de la Basílica en construcción.—Salamanca: Palacio de Monterrey.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 17

Universidad Pontificia de Salamanca